

empli gratiâ. Doctor est *Iacob. Ben. de privil. Ictorum, par. 3. priv. 62. n. 1. Harpp. Inst. de jure personarum, n. 11.* quamvis incarcerari possit in criminalibus, si delictum gravissimum, *Farin. d. q. 27. n. 86.* & quoq; in crimine læsæ Majestatis non potest deveniri ad capturam, nisi indicia præcedant, *Zieritz hic, & Matth. Steph. n. 3.*

2. Secundum est, si accusator præstanda præstiterit, accusatus incarcerari, & ex carcere respondere debet, *Ern. Coth. vol. 3. conf. 15. nu. 1.* qui tamen custodia, non pœnæ loco sit. *art. 218.* adeò, ut, *Judex Camerae Imperialis*, si deprehenderit duritiem carceris, soleat eam jubere mitigare per mandatum, *Anton. Hering. de fidejuss. c. 18. n. 141.* Videantur hac de re *Prosp. Farin. de carcer. q. 27. num. 1. 2. Christ. Besold. 2. polit. 2. n. 28. vers. 2. Parthen. litig. lib. 1. c. 14. nu. 26. & 2. c. 12. nu. 38. Rutg. Ruland. de commiss. lib. 4. c. 1. per tot. & conferendi quoq; Theod. Reink. de Reg. Secul. lib. 2. class. 2. c. 17. nu. 71. cum seqq. Thom. Metzg. de capturâ, concl. 5. Eberh. Speckh. cent. 1. q. 19. & 20. Haub. von Ende discurs. crim. c. 3. concl. 119. & Philip. Comin. lib. 10. comm. p. 671.* Sed quid, si reus satisfidet *Judicio* sisti? Vide *Matth. Steph. hic, n. 4. 5.* qui huc pertinentia eleganter tradit. Confer *Iulium Clarum lib. 5. §. fin. q. 46. n. 7. Ant. Hering. in tract. de fidejuss. c. 10. nu. 385. cum seqq. Valen. Franc. de fidejuss. c. 3. num. 201. 202. Marq. Freh. lib. 3. de infam. c. 7. num. 4. 5. Damhoud. in prax. crim. c. 20. n. 13. Eberh. Speckh. cent. 2. q. 16.* Cautio enim judicatum solvi non amplius in causis criminalibus requiritur, ut post alios notant *Ant. Hering. de fidejuss. c. 10. n. 148. 149. Afflict. decis. 170. Nicol. Boër. decis. 314.* quos quoq; allego *dec. ad. conf. 6. n. 84.* Satisfactio verò fieri debet sub certâ pœnâ, ad quam solvendam fidejussores se adstringant, si non sistatur reus. Formulam obligationis fidejussoriæ in negotio criminali, quatenus illud fidejussionem admittit, vide apud *Ant. Hering. de fidejuss. c. 30. p. (mihi) 676.* Fidejussores debent esse idonei. Hinc albo notanda lapillo, & mihi in praxi proposita quæstio: An *Judex, Consiliarius, Advocatus, vel Procurator* possint de *judicio* sisti fidejubere? Negativè respondi cum *Nicol. Boër. decis. 315. num. 2. Ant. Hering. de fidejuss. c. 8. num. 142. & c. 26. num. 127.* qui quoq; *c. 7. num. 174.* conferendus. A nobis puto dissentire *Parid. de Puteo de Syndicatu, §. fidejussor, vers. an officialis, nu. 8. p. 415.* licet *Hering.* illum pro consentiente alleget.

3. Tertium & ultimum membrum est de separandis custodiis reorum, ne illi colloqui possint. Hic placent *Remus, Zieritzius, Stephanus*, quos omninò consule, ne exscriptoris personam agere videar. Vide *Petr. Greg. Tholos. de Republ. lib. 2. c. 7. p. (mihi) 8. Celeberrimum Ictum Dn. Rutg. Ruland. de Commissariis, lib. 4. 6. 1. par. 2. n. 7. 14.*

## ARTICULUS XII.

### *De detinendo accusatore, donec idoneè caverit.*

1. Hic articulus generaliter loquitur. Ideoq; generaliter intelligendus, & *Principes, Comites, Barones, & omnes accusatores* tenentur cautionem præstare sufficientem, *Peinlichen Vorstand*, Imò memini *Civitates Episcopis,*